



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

20. Buteonis pro siccis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

Iuueni cupiunt auerruncare: χρήστοι μὲν τὰ πρόστατα χρήστοι τὸ δένδρα, τὰς συκάδες, τὰς τὰ ἀλά, φρυγίοντες, καὶ λέγοντες, ὅτε τὸ πόρον ταύρην τὴν ἵμερα κατέβλεψε ποτε τὴν οἰκείαν πύλην, τοῖς σχῆμα διάμαρτος τὸ πυρετόν & λεπτήριον τοσαῦτον, καὶ τιμάτες πληγῆς. Ex hoc diamiltosin, siue rubricismum malorum per amuleta, auerruncacionem, tanquam ex tripode pronuncio. Ite nunc, ite Ciceronianis Paphonornithes, cum vestra Tullia. Si nondum penitissimam erudititionem meam agnoscis; exponam vobis quot canes habuerit Polypheus Cyclops, quo fuerunt singulorum nomina, quo dentes Hecuba, quo gradus in Capitolio, quo Romæ araneæ, tempore Heliogabali, quo mures in Aegypto, sub Sethone, qui primi tulerint Sarabara, vos fascias femorales, aut curiales dicitis, Symmachus, Bracca, Aquila, Anaxyridas, Theodosius melius, Sarabella. Sed opinor, leonem ex vase, doctum virum, etiam tum in ritis cernitis, ad Adonia, & Polylphi hortos venire nihil necesse est. Quin ictum igitur nugigerum genij, & ingenij expertem, Morboniam abire iubemus, ut cochlear suas illuc pueris diuidat, & in Doctorum coetu, quasi Scriphia rationa perpetuo obmutetcat? sic censeo, Apuleio nostro in omnibus *quodcumque*.

Quid Sarabara.

BUTEONIS PRO SICCIS.

Oratio IX.

CAPVT XX.

Patres Conscripti, quousque hunc Regem feremus? an etiam cupit in stylo, vt in vestro olim imperio dictatore agere, omnia ad libidinem dicere, & si verbum reprehenderimus, continuo Vatinij erimus, aut Clodij, aut Catilinae. Quis haec ferat in libertate natus? Audite rem indignam ab isto, vel per istum, quid ad me attinet? patratam, cuius etiam testis est ille, qui in vestro consilio sedet Seneca, vir cum honore nominandus.

*Seneca in
consilio.*
*Ciceronis
filium Cæstii
um castigari
enrat.*

Cicerio junior, huius Marci Tullij filius, Asiam prouinciam obtinebat (clitellæ erat bovi impositæ, vt dixit illius pater, planè non erat eius onus) quamquam habuit ex paterno ingenio singularem impudentiam. Inuitat, vt ne, ad cœnam, Cæstium Senatorium, virū gra-

uem, (vt scitis) & syncerum, adeoque eruditum, vt eius orationes Ciceronianis anteferant scholastici. Interim dum bibit, in conuiuio memoriam, quam natura iam demperat, ebrietas subducit.

Interrogat, quis ille vocaretur, qui in imo recumbebat? Erat aurem Cæstius, quem ipse inuitarat, & cum sepe subiectum a Nomenclatore nomine Cæstij excidisset, nonnullimē seruus, vt aliqua nota memoriam eius ficeret certior, interroganti Domino, quis ille esset, *Cæstius Ciceronem*, *for vapules.* qui in imo recumbererat, hic est Cæstius, qui patrem tuum negabat literas scisse: dicebat enim vir bonus, quod erat magna libertate, Ciceronem scire tantum garrire. Hic Ciceronis filius asseri protinus flagra iubet, & de Cæstij corio in mensa hospitale satisfacit patri. Rogo *Acrister in-
vos, quid hoc est, nisi tyrannus est? Scato-
rem virum flagris oedi ad mensam hospitis, quod dicitur sed sylum Ci-
ceronae, qua de Ciceronis orationibus censere, in-
genue dixisset. Ecquis P.C. tam puer inter nos,
cui istæ orationes placeat possunt, anfractus
periodorū, verba, & nuga, arenæ sine calcie, lo-
quacitas tam sterilis ingenij, quam plena redū-
dantis luxuriae, omnia dixerit, si unum dixerit.
Nihil est M. Tullius præter vocem, cui tame-
ita studuit, vt maluerit temper totum mun-
dum turbari, quam unam ex suis periodis. Hic
vos appello, *Fides & Veritas*, quo pristina sa-
cula non ita maiores nostri, non ita loqueban-
tur, non hac verbositate terrarum orbem sube-
gerunt: satagebant benè agere, loqui sobrie, &
concise.*

Postquam ista Asiatica loquacitas in urbem inuecta est, cœpimus esse ludi magistri, qui prius eramus Imperatores. Cœpimus seruire, quibus prius dominabamur. Non satis est nos periisse, nisi & posteritatis oculis imponamus, & in dedecus Romani nominis istas euile-
mus ineprias; verum, quid dico, patrum est, etiam apud inferos, Ciceronianæ loqui cogi-
mur. Censeo P.C. censeo, vt nullus iam lena-
tor fiat, qui Apparatum non habeat, & si ver-
bum minimè Ciceronianum dixerit, vapulet sexcētis plagiis. Ita mirè benè res vestre se habe-
bunt. O nos stupeos homines, qui haec pati-
muri! O sordida pectora! O turpes austiculas!
heu quandiu pueri erimus? Nam si sensum ul-
lum haberemus, non dicam Senatoris, iam e-
nim perdidimus, sed hominis, postremum no-
bis iste conciicator insultaret.

M. §

PÆ-